



Iacobus apud Germanos natus, & omni gene-
re literarū educatus fuit. Is cum felici indole ef-
fet insignis, bonis artib⁹ operam dedit, & in pri-
mis Poeticæ magna diligentia incubuit. Itaq; fa-
ctum ut præclarā sibi eruditionem compararit,
atq; apud doctos passim innotuerit, anno 1510. Scri-
psit Iacobus Compendium Rhetorices ex Tullia-
no thesauro deduc̄tum. præterea Syntaxim de cō-
ponenda oratione funebri. Epicedion quoque, de
morte Plutonis & reliquorum dæmonum, edidit,
atq; carmen de nocte, uino, & muliere composuit.
Dialogum quoq; super eminētia quatuor Docto-
rum Ecclesiæ, Gregorij, Hieronymi, Augustini, &

Ambrosij uersibus sexcentis perfecit, atq; hoc modo ingenij sui documenta
posteritati declarauit. Vnde hunc Iacobum ob uarias animi dotes atque ra-
ram eruditionem meritò hoc loco inter præclaros Germaniq; uiros recensere
placuit. Con. Ges.